

*Punctum* or place of nourishment: Else I do not see why they should not be adhering to the Womb from the first Conception, or why (as I have said) many hundreds of them are not conceived and formed together, &c.

---

Observatio Mercurii sub Sole visi, ultimo Octobris 1690.

Stil. vet. habita Noribergæ ab Astronomo accuratissimo Johanne Phil. Wurtzelbaur, atque ab eodem cum Reg. Societate communicata.

**M**ercurius sub Sole inque ejus disco, hoc seculo vix aliquoties ope Telescopii, ante hujus inventionem autem ab orbe condito nisquam gentium observatus est. Sub finem Octobris labentis hujus anni denuò observandum ex. Tabb. Rudolphinarum calculo celeberrimi Logistæ predixerunt. Cum vero nemo qui delicias Urania vel primis degustârit labris, rarissimum hujusmodi & jucundissimum Phænomenon contuleri non summa aviditate exceptaret: eo ipso & ego invitatus illi observando invigilare decrevi, nihil morans, quod cælum jam ab aliquot septimanis nube ferè continua obductum vix aliquid spei successus optati concesserit: Praecedentis equidem diei vespera noctisq; primordia nubes aliquantulum dissiparunt, sed noct adulta Cælum ab omni parte denuò obvelavit, ut hora ante Solis exortum totum obductum extiterit, nec ipsem Sol jam satis elevatus suis radiis invidos bosce vapores penetrare valuerit: Paulò vero postquam Zephyri à parte occidua Horizontem repurgare cœperunt, ingravent illinc serenitas addidit animum, ut voti competere me futurum haud amplius desperaverim; nubes etiam in plagâ orientali retro cedere, & ad Horizontem constipari videns, Tibum illò ubi emersio Solis è nebulis expectanda erat direxi;

direxi; & postquam emergens ejus discus ad tabulam observatoriam affluerat, illum superne macula quadam mediocri affectum animadverti, quam etiam nisi presentia Mercurii expectanda fuisset, nec illa motum suum satis evi lenter acceleravisset, pro solari arripuisse. Sed utinam paxilò citius Sol è nebulis evasisset, ut Mercurii viam itinerariam & angulum orbita ejus cum Eclipticā notare licuisset; nam distantem vix ultra dimidium à limbo digitum jamjam exiturum deprehendimus: accessit etiam auræ haud satis defecatae incommodum. Discus enim Solis ceu trans undam limpidissimam apparuit, ideoq; limbam & ipsi appropinquans Mercurii corpus ob undulationem terminis præcisis cernere non licuit: tandem cum limbi mutuo contactu se stringerent, in confinio lucis solaris exciens Mercurii corpus opacum rotunditatem suam, quam antea sub figura oblonga ostenderat, recuperavit; ita ut ejus diameter majori pristine Ellipsois diametro ferè aquaretur: & postquam limbis uterq; ad minutum ferè sibi invicem adhæsitare viderentur,

H. 8. Min. 36. Oscillatori nostri Mercurius totus disco exiisse observatus est. Reliqua momenta & quæ pro correctione eorum notabantur Culminationes & Altitudines Tabella sequens exhibet.

Mercurius in Sole observatus Nori-  
bergæ A. C. R. 1690. Die ult.  
Octob a Job. Phil. Wurzelbaur.

*Temp. Horol.*

*Oscillat.*

H. M. S. Die 30 Octob. P. M.

6 32 00 Culminat os Pegasi

9 00 00 Culm. Cap. Andromedæ

9 04 00 Culm. Jupiter.

Die 31 Octob. A. M.

6 30 00 Cælum undiq; nubibus obductum ut

7 30 00 Solis exortus observari nequiret.

8 00 00 Nubes ob occasu vers. Ortum propelluntur, & vi  
Ventorum ibid. ad Horizontem constipantur.

8 30 00 Sol è nubibus emersit, Mercurius in disco ejus  
superne in Tab. observatoria, à Verticali ad  
dextram (reverâ ad levam) distans plus  
quam dim. dig. a limbo exiturus apparuit.

8 36 00 Mercurius postquam undulanti limbo Solis ad  
Min. temporis adhæserat, exiit ad 14° à  
Zenith septentrionem versus.

H. M. S.

8 49 00 Altitudo Solis

10 05

H. M. S.

8 38 38

8 59 45 Alt. Solis

11 10

8 47 48

9 07 10 Alt. Solis

12 10

8 56 24

9 50 00 Alt. Sol.

16 28

9 38 07

11 01 30 Alt. Sol.

21 31

10 56 32

Ratio diametrorum Solis & nuclei Mercurii, dum Lucido So-  
lis disco immorabatur, quantum per auram haud satis defæcatam  
conisci poterat, erat ut 1000 ad 8  $\frac{1}{2}$ . Postea quum ad limbum  
Solis pervenerat, ejusq; limbo undulanti ad Minutum ferè ad-  
hæserat & genuinam rotunditatem suam (que antea ex luce  
Disci Solaris formam quasi ellipticam mentiebatur) recuperârat,  
erat ut 1000 ad 12  $\frac{1}{2}$ .

An